



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs LVII. Miserere mei Deus, miserere &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*asclapiadeū* Glorior in Domini verbo, celebrabo benignum,  
Et mihi propitium tempus in omne Deum.  
Quid mihi obesse queat, noceat quid turba malo-  
Omnia committam cūm mea meq; Deo. (rū?)  
Huic mea vota vni persoluam pectore grato,  
Quaq; licet laudes voce vel arte canam.  
Tu siquidem hanc animam lethi formidine soluis,  
Ne titubent, firmas in statione pedes.  
Lat⁹ ut ante tuos oculos tua lumina cernens,  
Viuifica hac felix commoditate fruar.

### PSALMVS LVII.

Miserere mei Deus, miserere &c.

**S**I S quæso, Pater ô, propitius mihi,  
Sis clemens, Deus ô, propitius mihi,  
Mens in te Domino spem posuit mea,  
Confidit mea mens in Domino suo.  
Sub tuto recubat tegmine cor meum,  
Donec sauities transeat improbi.  
Excelsum Dominum subditus inuoco,  
Et supplex Domini subsidium peto.  
Nam finem faciet Ioua tyrannidit,  
Et causam miseri suscipiet lubens.

Mittens

Mittens auxilium Summus ab aethere,  
A lingua reprobi liberat improba,  
Et sanctis Dominus prospicit optimè.  
Hostis ceu leo me, quo voret, arripit.  
Flamma sunt homines ignibus omnibus  
Peiores: mala dant dentibus, ut truci  
Telo: his acrior est lingua, & acinace.  
Te cælos superò Maxime & optime  
Extollas Deus, & nunc tua gloria  
Terrarum superet climata qualibet.  
Nam tendunt pedibus retia qui meis,  
Horum quisq; animam suppressimere hanc studet.  
Fossum, quam misero huic gens parat impia,  
Se fodisse sciat, perniciem insui.  
Cor promptum, Domine, est, promptaq; pectora,  
Ut pangant Domino cantica dulcia.  
Ergo exurge, meum lingua decus mea:  
Et tecum cithara & nabalaq; suauia,  
Et laudes Domino dicite carmine:  
Te, te laude canam gentibus omnibus,  
Ut fons & populis gloria nota sit.  
Nam fons & bonitas celsior aethere est,  
Et Summi pietas nubibus altior,

*Se Cælos super hos efferat optimus,  
Qui nutu regit, & sidera condidit,  
Ac terras Domini gloria compleat.*

PSALMVS LVIII.

*Si verè vtiq; iusticiam &c.*

**D**ICITE iustitia & custodes: mutane vobis  
*Lingua sit, an verbum nesciat ista loqui?*  
*Dicite, num vester catus diiudicet & quum?*  
*Cui dedit in terris iura vicesq; Deus?*  
*Imo obfirmati in populo patratis iniqua,*  
*Pergitis & manibus contemnerare bonos.*  
*Nam peruersa manet mens reproba matris ab al-*  
*Errant mendaces matris ab uberibus. (no)*  
*Tale illis virus, qualis furor aspidis, aurem,*  
*Obstruit aduersus carmina quando suam.*  
*Horum tu dentes, Deus, o confringe molares*  
*Acres, quos catuli more leonis habent.*  
*Diffluere incipient, labens ceu leniter amnis:*  
*Ipsorum feriat fracta sagitta nihil.*  
*Vt limax pereant, vel vitam funere linquant,*  
*Fœtus more, ortum qui perit ante suum.*  
*Horrida non citius reuirescant vere dumeta,*  
*Quam*